Diuisiones decem nationum
totius christianitatis.

Notandum q̄ gentes christianorum diuiduntur in decem nationes. videlicet. Latinos: Grecos: Indos: Jacobitas: Nestorianos: Morona nitas: Armenos: Georgianos: Surianos: et Mozorabes.

¶ Prima natio.

¶ Latini habēt Papam et Imperatorem Romanorum pro superioribus et Reges multos: videlicet Regem Francie in natione gallica et multos duces et comites.

¶ In natione Hispanica sunt Reges Castelle legionis: Rex Aragonie: Rex Portugalie: Rex Nauarre: ac multi duces et comites.

¶ In natione Italica Rex Sicilie: Rex Neapolitanus: et multi Duces: Marchiones: et Comites: videlicet. Venetiarum: Florentie: Senarum et Genue.

¶ In Germanica autem natione preter Imperatorem (qui debet esse Alamanus) sunt Re-

ges multi: videlicet: Rex Anglie: Rex Scotie: Rex Ungarie: Rex Bohemie: Rex Polonie Rex Datie: Rex Frisie: Rex Suetie: rex Norwegie: Rex Dalmatie: Rex Cruatie &c. & multi Langrauij: Duces: Comites &c. Item insula Cipri: Rex Ciprie. Omnes predicti sunt obedientes ecclesie Romane.

¶ Secunda natio.

¶ Greci habent patriarcham Constantinopolitanũ: archiepõs: epõs: abbates &c in spũalib⁹. In tẽporalibus Imperatorẽ: duces: comites: dispotũ &c. pauci tñ sunt nunc numero: qz Agareni & Turci occuparunt & receperunt maiorẽ partẽ gretie. & isti nõ obediunt Romane ecclie: & habent errores multos & sunt condẽpnati p ecclesiã: qz dicunt q spiritus sanctus non procedit a filio: & q non sit purgatorium.

¶ Tertia natio.

¶ Indi sunt quoꝝ princeps est pſ byter Joãnes de Indijs: huius potestas & numerus excedit oẽs xpianos. Nã habet sub se septuagita duos reges. Et qñ dictus dñs pres byter Joannes equitat semp facit portare crucẽ ante se ligneã.

Sed quando vadit ad bellũ tunc facit portare duas cruces: vnam de auro: aliã de lapidibus preciosis. In illa terra est corp⁹ beati Thome apostoli in maxima veneratione.

¶ Quarta natio.

¶ Jacobite dicti a Jacobo heretico discipulo patriarche Alexãdrini: hĳ in partibus orientis occupãt magnã partẽ Asie ꝛ terrã mãbꝛe que est ꝓpinqua Egypto: ꝛ terrã Ethiopie vsq3 ad Indiã plus q3 quadraginta regna. Hĳ circũcidunĩ ꝛ baptizantur cũ ferro ignito caractarem crucis imprimũt in frontibus ꝛ i aliĳs partibus corporis: vt in pectore vel in brachĳs. hĳ cõfitenĩ soli deo ꝛ nõ sacerdotibus Indoꝝ ꝛ Agarenoꝝ. hĳ dicunt in xp̃o esse tm̃ naturã diuinã. Aliq eoꝝ loquũtur lingua caldea: alĳ arabica: alĳ vero aliĳs linguis scd̃m diuersitatẽ nationũ Isti fuerunt condẽpnati in concilio Calcedoñ.

Quinta natio.

¶ Nestoriani a Nestorio heretico discipulo sic vocati: q fuit Cõstantinopolitanus. hĳ ponũt in xp̃o duas psonas: vnã diuinã: aliã vero humanã: ꝛ negabãt beatã Mariã esse matrẽ dei:

sed bene hois Jesu. hij vtunt lingua caldea in
suis scripturis; ꝛ cōficiūt corpus xp̄i in fermēto
hi inhabitāt tartariā ꝛ maiorē Jndiam: ꝛ sunt
multi numero. terra eoꝝ continet tm̄ sicut Ala-
mania ꝛ Jtalia. Hi heretici fuerūt condēpnati
in sinodo Ephesina: ꝛ fuerunt diuisi ab eccl'ia
Romana ꝛ permanserunt in sua pertinacia.

¶ Sexta natio.

¶ Maronite a quodā heretico Marone qui
vnū intellectū ꝛ vnā voluntatē in xp̄o tantum
ponūt. hi inhabitāt Libiā in ꝓuincia phenicis
in magno numero plꝛ edocti ꝛ experti specia
liter vtuntur arcubus ꝛ sagittis more latinoꝝ.
campanis; ꝛ eoꝝ epi annulis mitris ꝛ baculis
pastoralibus vtunt. in scripturis diuinis littera
chaldea: ꝛ in vulgari arabica vtunt. Hi aliqn̄
fuerunt sub obedientia Romane ecclesie. Nā
eoꝝ patriarcha erat in concilio Lateranensi
celebrato Rome sub Jnnocentio. iij. Sꝫ postea
recesserunt. Hi primo fuerunt condēpnati in
sinodo Cōstantinopolitana postea redierūt ad
obediētiā ecclesie Romane; ꝛ iterū reuersi sunt
ad suā opinionē falsam in qua perseuerant.

¶ Septima natio·

¶ Armeni habitant in regno Armenie prope Antiochiaȝ·hi ꝓpriū idioma ⁊ linguā cōmune oībus ⁊ scripturas sanctas ⁊ officium ecclesie cantant ⁊ dicunt in vulgari lingua: ita ꝙ ab oībus secularibus viris ⁊ feminis intelliguntur· Habent suū primatem queȝ vocant catholicū: cui obediunt velut Pape cū magna deuotiōe ⁊ reuerentia· Quadragesimā ieiunant: in qua non comedunt pisces: nec bibunt vinū·in dieb⁹ tamen veneris comedunt carnes·

¶ Octaua natio·

¶ Georgiani a btō Georgio quē habēt in pl̄ijs in patronū: ⁊ habitāt in partib⁹ orientalib⁹· est ꝑplus multū pulcher: fortis ⁊ delitiosus· Medis: Persis: Assuris: in quoꝝ cōfinibus cōmorant̄ valde formidolosi: vtuntur lingua greca: vtunt̄ sacramentꝭ more grecoꝝ· Clerici habēt coronas rotundas i capitibus rasas: seculares vero q̄dratas: ⁊ qñ veniunt ad sctm̄ sepulchrū nō soluūt saracenis tributū ⁊ igrediūt̄ Jerusalē cū vexillis erectis: q2 saraceni eos timent· eoꝝ femine vtunt̄ armis sicut viri vtunt̄ pileis altis

in capitibus ad altitudinē cubiti: ꝛ q̄ scribunt Soldano statim fit quod petunt.

Nona natio.

¶ Suriani dicuntur a ciuitate Sur. que est eminentior in Suria vel Assuria. Hi vtuntur in sermone vulgari lingua saracenica: in scripturis diuinis ꝛ officio misse lingua greca: habēt epos ꝛ consuetudinē grecoꝝ seruant ꝛ eis obediunt in oībus: conficiunt in fermento ꝛ habēt opiniones grecoꝝ contra latinos. hos sequunt aliqui christiani qui in terra sancta vocantur Samaritani conuersi primo tempore apostolorum: sed non bene sapiunt in fide.

¶ Decima natio.

¶ Mozorabes hi olim fuerunt multi numero in partibus Affrice ꝛ Hispanie: sed modo sunt pauci. sunt eñ dicti Mozorabes: quia modos xp̄ianoꝝ de Arabica in multis tenebant. Isti vtuntur in diuinis officijs lingua latina ꝛ obediunt Romane ecclesie ꝛ prelatis latinorum: ꝛ conficiunt in azimo vt latini: sed in multis discrepant a latinis: quia in diuinis officijs habēt horas valde prolixas: quia cū dies naturalis

diuiditur in viginti quattuor horas diei et noctis tot officia habent siue horas: et psalmos ac hymnos ac certas orationes habent et nimis prolixas. quas non dicunt more latinorum: nam illud quod Latini dicunt in principio ipsi dicunt in fine vel in medio. Sacramentum eucharistie diuidunt aliqui in septem partes: aliqui in decem. Est natio valde deuota in matrimonio non coniunguntur nisi personis sue gentis siue nationis: inter quas femina amisso primo marito nunquam coniungitur alteri: sed permanet in castitate perpetua.

Causa tante diuisionis inter christianos fuit quod ab antiquis temporibus christiani fuerunt astricti et impediti ne celebrarent concilia generalia ideo insurgentibus hereticis in diuersis partibus non fuit qui remedium apponeret.

Finis.